



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De literis Pastoralibus ad populum pro Visitatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

mo mane omnes ad visitationem conueniant, ac sui quisq; beneficij, quod in ea Eccl. obtinet, titulos, dispensationem, Statuta, Constitutiones, Ordines, obligationumq; onera, & alia omnia nobis, vt supra ediximus, exhibeat, in e. q; visitatione, quam statuto iam die aggredimur, etiam si non eo ipso die absoluere poterimus, tãdiu adesse pergat, quoad omnibus ijs, qua ad eã pertinent, quæq; nos necessaria, & opportuna censuerimus, perfectis illam omnino absoluimus.

Et, vt hæc nostræ literæ Cancellarij nostri, aut Coadiutoris eius manu subscriptæ, sigilloq; nostro signatæ, quas Edicti publici vim, ac testimonium habere decernimus, omnib. ijs, quibus ediximus, ac alijs, quorũ ad interest, & in posterum quavis ratione intererit, notæ, ac manifestæ, planæ esse possint, volumus eiusdem nostræ Metropolit.

Ecclesiæ, & aliarũ huius Ciuitatis Ecclesiarum, quæ Collegiata sunt, ac Monasteriorũ vauis affigi, ac relinquere, eosq; omnes quos diximus, eisdẽ ita teneri, vt si illi ipsi personaliter non sint, requisiti, ac citati essent. In quorum testimonium hæc confici, signo nostro muniti iussimus. De eã verò afflictione, quod quibus nostris in hac parte Nuntius ad nos referet, in eo fidem illi omnino habebimus. Dat. & c.

Hoc Edictum per mensem, vel etiam breuiori tempore secundum loci qualitatem ante visitationem tam in Ecclesia Cathedrali, quam in singulis ciuitatis, Diocesisq; Ecclesijs, locisq; visitandis, publicandum, ac affigendum est: reprehensibile enim est visitationem ex improviso obire, quod intelligendum est de visitatione generali, vel nisi aliqua legitima causa subfit.

C A P V T I X.

De literis Pastoralibus ad populum.

LITERAE Pastorales de Visitatione, quæ quidem secundũ populi qualitatem ad eã sunt, ex illis colligi possunt, quæ in Actis Ecclesiæ Mediolan. habentur, & ex Conc. Prouin. 4. ead. tit. de Visit. Multa etiam ex ijs quæ de fine, seu scopo visitationis supra dicta sunt. Plura verò ex literis Pastoralibus de Visitatione Beatissimi, & sanctissimi D. Nostri D. Clem. VIII. de quo habemus: Cur indies magis letemur, maioresq; gratis Deo agamus, cum eum, nõ quæ sua sunt: sed quæ sunt Dei, querere, nõ humanas affectiones, consanguineorumq; commoda sectari, sed in Dei gloria, & cleri, populiq; disciplina procuranda positũ, & desixum esse in-

telligamus, vt veram, & rectam Põtificatus administrandi rationem, præclaræq; exemplis sanctissimorum veterum Põtificũ, qui tantam Ecclesiæ dignitate sua virtute stabilitam, & amplificatam reliquerunt, longa interualla reuocare videntur: sic Deus Sancti, atq; sue longæ vitæ, atq; perseuerantiæ donum impartiri dignetur.

Iis autẽ literis præcipue populus inuitandus est, vt eo tẽpore frequẽs sit, & instruedus, vt intelligat, quid sibi in illa agitione agendũ sit: & tandem hortadus ad vberimos visitationis fructũ consequẽdos.

Hæc verò literæ duobus festis proximis ante Episcopi aduentum intra missarum solemniam promulgandæ sunt.

Contill.
Prou. 4.
cod.

C A P V T X.

Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos.

LITERAE excitatoriæ ad Vicarios foraneos, etiam ipsæ secundum qualitatem Vicariorum maximè scribendæ sunt: exempli tamen gratia infra scriptæ

pro-